



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Concilium Confluentinum Octo Episcoporum, Ne Christiani intra septimum gradum cognationis matrimonium contrahere praesumant, anno Domini DCCCCXII. habitum, tempore Ioannis papae X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

quod prisca consuetudo, & regni nobilitas censuit, vt nullus episcopum ordinare debuisset absque regis iussione. Et quia Herimannus archiepiscopus, magis hominis quam Dei formidinem metuens, Gisleberti iussione Hilduinum consecrare non distulit, hac pro ratione sententiam vocationis illi transmisiimus, vt mediante Octobrio, & si pro metu Paganorum venire tunc nequeunt, in Kalendis Aprilis, omni remota occasione, tunc nullo modo cum Hilduino & Richero venire differat. Quia tunc inibi coniuncti, ex decore vestri regni subtiliter colloquentes, ita radicitus hoc quod vobis per Gislebertum contigit extirpare non denegabimus, vt postmodum nec ipse, qui auctor iniquitatis contra vestra sceptragessit, nec alius aliquis audeat aliquam lationem vestro in regno inferre. Illud etiam vestra filiationi innotescimus, qualiter nos iuncti cum Berengario gloriosissimo imperatore dilecto filio nostro, ad Hubertum, vt depradationes atque incendia, quæ in sancta Romana ecclesia committere non formidauit, emendare studuisset, admonendo misimus: qui renitens, atque superba voce hoc contradicens, emendare noluit. Nos autem, secundum nostri ministerii effectum, illum sub excommunicatione misimus, eumque anathematis vinculo alligauimus cum omnibus suis sequacibus. Vnde vestra celsitudini hoc patefacimus, vt nullus vestri regni illum sequatur, vel ei adiutorium impendat, quia non solummodo qui eum sequuntur alligauimus, sed etiam qui ei adiutorium impendere delectantur.

**CONCILIVM CONFLVENTINVM**  
OCTO EPISCOPORVM, NE CHRISTIANI  
intra septimum gradum cognationis matrimonium  
contrahere præsumant, anno Domini DCCCCXII. ha-  
bitum, tempore Ioannis papæ X.

ANNO  
CHRISTI  
912.

N O T A.

Iuo part. 9.  
cap. 66.

\* *Concilium.* ] De tempore, loco, rebusque in hac Synodo gestis, ista apud Iuonem: *Anno dominica incarnationis nongentesimo duodecimo apud Confluentiam iussu venerabilium principum Caroli videlicet*

*\* Min-  
denſis* & Henrici regum reuerendiſſimorum congregati ſunt epiſcopi numero octo, Herimannus Agrippinenſis archiepiſcopus, Theido Vviri Zeburgenſis epiſcopus, Luitharius \* Mundanenſis epiſcopus, Dodo Oſnaburgenſis epiſcopus, Rihgnouunno Vvormatienſis epiſcopus, Rithuuius Stratzburgenſis epiſcopus, Vnuuanus Padeburnenſis epiſcopus, cum abbatibus, aliisque ſacri ordinis viris quamplurimis. Qui ipſo cooperante, ſententias eorum confirmante Domino Chriſto, in ſynodali reſidentes Conuentu, multa vtilia ac ſancta Dei eccleſie profutura ſaluberrimo tractantes conſilio, inter cetera qua ſtatuereunt, hoc maxime neceſſarium, & inſtanti (proh dolor) tempore per abuſionem frequentiſſimum cognationis inceſtum ſumma cautela vitandum firmauerunt: hoc eſt, ne vllus Chriſtianus infra ſeptimam generationem nuptias copulare preſumat. Hæc apud Iuonem: præter hæc de ipſa nihil.

CONSTITVTIONES EX CONCILIO GALTERI ARCHIEPISCOPI SENONENSIS.

Obiit 923.  
archiepi-  
ſcopus 53.

I.

*\* Videtur  
deſſe, ad  
Synodū.* STATVIMVS, vt abbates, & priores conuen-  
tuales, qui nec venerint \*, nec ſe excuſauerint, prætendendo canonicum impedimentum, per octo dies ab ingreſſu eccleſie ſuſpendantur, & pœna, quantum ad hoc Conciliis ſtatuta eſt, ſub comminatione maioris pœnæ, ſi aliis annis ſupra his culpabiles inueniantur \*.

*\* Videtur  
deſſe,  
multen-  
tur.*

II.

*\* forte,  
aliquod  
depoſi-  
tum* Propter ſcandala graua quæ ex monialium conuerſatione proueniunt, ſtatuiſimus de monialibus nigris, ne \* aliquem diſpoſitum recipiant in domibus ſuis ab aliquibus perſonis, niſi de licentia epiſcopi ſui: maxime arcas clericorum, vel laicorum, cuſtodie cauſa minime permittant apud ſe deponi.

III.

Item communiter omnes in reſectorio come-